

## COMMENTARIUS

*ris antiqui et aestimatione recta severus, deterius interpretantibus tristior habebatur* (cf. 1, 15, 2 *decora nobilitatis tuae adiecisse*, 1, 29, 4 *non quia meo nomine tristio rem casum paveam*).

11, 6 Catullus non alibi citatur apud Senecam. Catulli versus quem Seneca hoc loco affert (3, 12) nusquam apud Latinos auctores citatur, sed tantum in carmine epigraphico aetatis Antoniniana (CIL XIV 3565 A 11 = Anth. lat. II 2, 1504, 11) *Salve, sancte pater Priape rerum*, in quo versus immutatum legimus: *angar haud miserae pavore mortis / quae ad domus trahet invidas Averni, / fabulas manes ubi rex coercet, / unde fata negant redire quemquam*. initio neniae funebris (12, 3 v. 1 *fundite fletus*) finem Catulliani carminis in mortem passeris (3, 18 *flendo*) imitatur Seneca, et ideo in fine neniae (12, 3 v. 29 *lugete*) initium carminis (3, 1 *lugete*). ad idem carmen (3, 9 *circumsiliens modo huc modo illuc*) ironice respicit Seneca ubi de Hercule dicit (9, 6) *modo huc modo illuc cursabat*.

12, 3 v. 3 *pulchre cordatus homo*. Sex. Aelius Paetus Catus iuris civilis peritissimus omnium, qui commentarios scripsit et librum qui inscribitur Tripertita, cunabula iuris et legis duodecim tabularum interpretationem continentem (Cic. de orat. 1, 240, Dig. 1, 2, 2, 38), ab Ennio *egregie cordatus homo* appellatus est (Cic. de orat. 1, 198, rep. 1, 30, Tusc. 1, 18). verbum *cordatus*, quo iam Plautus Poen. 131 parodice usus erat, optime hoc loco et ironice ad Claudium refertur, *quo non alius potuit citius discere causas* (vv. 19–20): adde quod paulo antea iurisconsultos legimus, Claudio demum mortuo, e tenebris processisse *vix animam habentes*, caudicos contra suas ipsorum fortunas Claudiumque mortuum plane ex animo plorasse. de Ennio apud Senecam v. quae supra disserui ad 8, 3 *caeli scrutatur plagas*.

13, 3 *belua centiceps*. cf. Pind. fr. 70b (249b) Snell, schol. II. 8, 368. et alibi Seneca manifeste ad carmen illud Horatii (2, 13) respicit, ubi *regna Proserpinae* et *Aeacus iudicans* describuntur: 4, 1 vv. 15–16 cf. Hor. vv. 26–27, 4, 1 v. 17 cf. Hor. v. 38, 12, 3 vv. 7–8 cf. Hor. vv. 17–18, 12, 3 v. 25 cf. Hor. v. 29. Horatii sermones apud Senecam laudantur epist. 86, 13; 119, 13; 120, 20.

13, 4 *εδρήκαμεν, συγχάιρωμεν*. suspicor *συγχάιρωμεν* etiam apud Firm. Maternum err. 2, 9 esse legendum: in codice enim legitur CYNXEPOMEN (N < Γ, E < ΑΙ, O < Ω); cf. ed. R. Turcan ad loc.

13, 4 *decoris causa minorem fecerat. minorem facere fere idem est quod capite deminueri*: translata significatione dicitur de servorum conditione (qui *decoris causa* a dominis aluntur), at proprie significat capitis amputationem (quam ludice dicit Seneca *decorem figurae augere*). cf. ThLL 3, 420, 53; de mimis cf. Tert. nat. 1, 10, 45 *deminutum caput*. cf. etiam Schefferi adnotationem ad loc.: ‘si recte video, hic iterum lusus est in ambiguitate vocis. *Decor* vel *decus* enim refertur ad corpus, quo potissimum histriones censebantur, et erat pulcher is Mnester. Refertur et ad facta, quae in se honestatem habent. Dicitur autem is Mnester interfectus a Claudio, non tam, quod meritis esset supplicium, quam ne solus veniam impetrasse ex tam multis accusatis videretur. Tac. XI An. c. 36.’

COMMENTARIUS

13, 4–5 *minorem fecerat. ad Messalinam. minorem fecerat Messalinam* Maehly *minorem fecerat* (cum ceteris adulteris, quamquam coactus ab ipso venerat) *ad Messalinam* Gertz *minum fecerat* Inge *mitiorem fecerat, cum Messalina* Ussani *minorem fecerat* (capitis) Herrmann *minorem fecerat Messalina. cito* Ronconi (qui dub. *morigerum ad Messalinam* coniecit).

13, 6 *πάντα φίλων πλήρη*. cf. Vergilianum illud *Iovis omnia plena* (ecl. 3, 60, Cic. leg. 2, 26, cf. Sen. suas. 3, 6–7, Aug. civ. 7, 9); *parodice stultorum plena sunt omnia* (Cic. fam. 9, 22, 4).

14, 2 Aristot. Eth. Nicom. 5, 8 *τὸ Παδαμάνθουος δίκαιον· εἴ κε πάθοι τὰ τ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο*. versum laudant Anonym. comm. in Aristot. Eth. Nicom. 5, 8 (Comm. Aristot. gr. 20, 222, 22), Michael Ephes. ibid. (Comm. Aristot. gr. 22, 3, 31, 31), Heliod. ibid. (Comm. Aristot. gr. 19, 2, 94, 32), schol. Aeschyl. Suppl. 436, Iulian. conv. 314 A, Suda *αἷ κε* (II 167, 25 Adler), Isaac Porphy. in Polem. decl. ed. Hinck p. 70, 19, paroem. app. 2, 12. [*αἷκε* schol. Aesch. Iulian. Suda, *πάθη* schol. Aesch. Iulian. Isaac, *τά κ'* Arist. Anonym. schol. Aesch. Iulian. Heliod. Suda, *ᾶ κ'* Isaac, *τά γ'* paroem. app., *δ' ἰθεῖα* schol. Aesch. Anonym. Suda Iulian. (codd. aliquot), *τ' ἰθεῖα* Iulian. (codd. cett.) Isaac]. de mortuis iudicatis *κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν* cf. Apoc. Iohann. 20, 12 (et 8 de gentibus congregatis in proelium *ὃν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης*, v. supra app. ad I. 307).

14, 3 *Si(syph)um diu laturam fecisse*. de Sisypho laturario cf. *Atlantem laturarium* (Aug. c. Faust. 15 p. 424, 6). de Sisypho v. cod. Vat. lat. 4498 nec non ed. princ. et nonnullas veteres editiones: *Erant qui dicerent si minus (al. uni) dii laturam (-a ed. pr.) fecissent, Tantalum s. p. n. i. s., nonnumquam Sisiphum onere relevari*: quae tamen lectio interpolatori debetur. variis modis hunc locum temptaverunt viri docti: *si ullam dilaturam suscepissent* Alciatus *nisi unius diei iacturam fecissent* Curio *si minus immortalem dii naturam f.* Fromondus *si uni dii gratiam f.* Gronovius *si uni di laturam f.* Fickert *si unius diei dilaturam f.* Haase (Tit)yum diu ia(c)turam fecisse ἐντ(έρω) Eden<sup>1</sup>. de Tityo Tantalos Sisypho apud inferos damnatis primitus mentio fit apud Homerum (Od. 11, 576–600) iidemque haud raro una laudantur: e. g. v. Octaviam (621–623) et Lucian. Men. 14, ubi Tantalus Sisyphus Tityos Ixion nominantur. ad nostrum locum intelligendum magni momenti mihi videntur aliquot loci ubi haec quinque exempla (Tit. Tant. Sis. Ix. Danaid.) afferuntur: Sen. Herc. O. 942–948, Herc. f. 750–757, Med. 744–749 (ubi Tityi pro uni fortasse cum Gronovio legendum), Ovid. met. 4, 457–463 et 10, 41–44. nostro igitur loco mentio Tityi, non Sisyphi desideratur: Sisyphus enim memoratur infra (15, 1 v. 8 *irrita Sisyphio voluntur pondera collo*) et paulo ante Danaidum poena (14, 4 *pertuso fritillo*; 15, 1 v. 2 *subducto ... fundo*).

14, 4 *spem sine fine et effectu* Ball *spem sine fine effectus* Ronconi *spes sine fine, sine effectu* Rostagni *speciem sine fine, (sine) effectu* Rossbach *species (speciem* Haase Waltz) *sine fine et effectu* Curio Cortius Fickert Ruhkopf *irritum. et alicuius cupiditatis specimen est effectum*: [tum] *Acacus* Kurfess<sup>1</sup>. *speciem* scripsi coll. Sen. de tranq. animi 12, 1 et 5 *proximum ab his erit ne aut in supervacuis aut ex supervacuo laboremus, id est ne quae aut non possumus consequi concupiscamus aut adepti vanitatem cupiditatum nostrarum sero post multum sudorem intellegamus, id est ne aut labor inritus sit sine effectu aut effectus*

## COMMENTARIVS

*labore indignus ... non industria inquietos sed insanos falsae rerum imagines agitant; nam ne illi quidem sine aliqua spe moventur: proritat illos alicuius rei species, cuius vanitatem capta mens non coarguit.*